

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De quantitate animae**

**Augustinus, Aurelius**

**[Augsburg], vor 5. Juni 1473**

[Primus gradus anime]: O utinam doctissimum aliquem

[urn:nbn:de:bsz:31-303643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-303643)

te audire posse polliceor. Quid vero aut ambobus aut alia  
nunc ita onerosum est ut fortasse obprimat ne scire aut  
inponere velis. **C**etero proorsus et quod tibi congruenter  
mecum videri agi posse quantum valeat anima expecto ut ex-  
ponas. **O** utinam doctissimum aliquem neque id tantum sed  
etiam eloquentissimum et omnino sapientissimum perfectumque  
hominem de hoc ambo interrogare possem? quoniam nam ille modo  
quod anima in corpore valeret quod in seipsa quod apud deum  
cui mundissima proxima est et in qua habet summum atque  
optimum suum bonum dicendo ac disputando explicaret. **N**unc  
autem cum mihi ad hanc rem desit alius audeo tamen tibi non  
desse. Sed haec mercedis est quod dum quid valeat anima in-  
tractus expedio quod ipse valeam securus expior. **I**n primis  
tamen tibi utputem latissimam quandam et infinitam expecta-  
tionem ne me de omni anima dicturum putes sed tamen de humana  
quam sola curare debemus si nobismetipsis cure sumus.  
**H**ec igitur primo quod est animaduertere facile est corpus  
hunc terrenum atque mortale propria sua vivificat colligit  
in unum atque in uno tenet diffluere atque stabescere non  
sinit alimenta per membra suis cuiusque redditus distribui facit  
congruentiam esse modumque et servat non tamen in pulchritudine  
sed etiam in crescendo et gignendo. **S**ed haec etiam omnia homini  
cum arbutis communia videri videntur. **H**ec enim etiam dicimus  
vivere. **I**n suo vero quidem illorum genere custodiri alii crescere  
gignere videmus ac fatemur.

**M**iscende itaque alteri quod dicitur et videri quod sit anima in sensibus  
ubi euidenter manifestiorque vita intelligitur. **N**on  
enim audienda est nescio quam impietas rusticana plane  
magisque lignea quam si ipse arbores quibus patrocinium prebet  
quam colore vitem quam vicia decerpit et non solum sentire  
ista cum cedunt sed etiam vivere atque audire credit. **D**e qua  
errore sacrilego aliter est differendi locus. **N**unc quod  
institueram intente que sit vis anime in sensibus atque in  
ipso motu manifestioris animantis quod nobis cum his